XVII. I. MANDATI VEL CONTRA.

D MAndatum hîc eſt contractus conſenſualis, quo aliquid gratis gerendum committitur & ſuſcipitur. 22 §. 11. *L.* 15.
N *h. Vinn. ad rubr. I. h.* Eſt nominatus, 1. §. 2. *de rer. permutat.* bonæ fidei, §. *un. I. de oblig. quæ ex conſ.* & δίπλευρος, *d.* §. *un.*

† Dividitur Ratione cauſæ efficientis, in expreſſum & tacitum: *vid.* 6. §. 2. *l.* 18. 53. *h. Vinn. ad pr. I. h. Mantic. de tacit. convent. lib.* 7. *t.* 2. *n.* 8 *&c.* Ratione objecti, in Univerſale & Speciale. (*vid. ſup. tit. de procur.* †.) *Mantic. d. t.* 2. *n* 21. *& tit.* 16. *ubi de mandato generali. Mozz. tr. de contractib. tit. de mandat cap. de diviſion. mand. n.* 4. *&c. ubi enumerat caſus, in quibus ſpeciale requiritur mandatum.* Item in judiciale & extrajudiciale. *Vinn. d. l.*

Ratione finis, quod contrahatur vel (1.) mandantis tantum gratia; §. 1. *I. h.* 2. §. 1. *h.* (2.) mandantis & mandatarii; §. 2. *I. h. ibi*: *Vinn. l.* 2. §. 4. *h.* (3.) mandantis & tertii; §. 4. *I. h.* 2. §. 3. (4.) Mandantis, Mandatarii, & tertii; *vid.* 8. §. 4. *h. Vinn. ad pr. I. h. inf.* (5.) Tertii tantum, §. 3. *I. h.* 2. §. 2. 6. § 4. (6.) Tertii & mandatarii; §. 5. *I. h.* 2. §. 5. *h.* modo aliqualiter interſit mandantis. 8. §. 6. *h. arg.* 38. §. 17. *de V. O.* 21. §. *f. l.* 28. *de N. G. Bach. V.* 1. *D.* 27. *th.* 7. *lit. a. Fr. ad* §. 3. *I. h. & ad π. h. n.* 50. *&c.* Quod mandatarii tantùm gratiâ geritur, conſilium eſt, non mandatum. §. 6. *I. h.* 2. §. *f. h. Fr. h. n.* 54. *&c.*

C Contrahitur nudo committentis & recipientis conſenſu, quocunque modo declarato; 1. *pr. &* §. 1. *h.* §. *un. I. h* etiam facto, *Clem.* 1. *de procurat.* præſentis ſcientiâ ac patientiâ, 6. §. 2. *l.* 18. *h.* verbis, e. g. volo, mando, jubeo, rogo, &c. 1. §. 2. *h. Fr. h. n.* 6. *Mantic. d. lib.* 7. *t.* 3. *n.* 1. non etiam admoneo commendo, ſuadeo, exhortor. 12. §. 12. *h.* 1. §. 14. *depoſ.* 20. *inf. de his, qui not. infam. Mozz. de contract. tit. mand. cap. de ſubſtant. mandat. n.* 9.

S Mandare, & mandatum ſuſcipere poſſunt omnes, qui con-
P trahendo ſeſe obligare valent, nec ſpecialiter ab hoc contractu excluduntur; *arg.* 43. *pr. &* §. 1. *de procur.* (*vid. tit de procur. C. & S.*) etiam deportati, *arg.* 17. §. 1. *de pœn. junct.* §. 2. *I. de I. N. G. & C. vid.* 22. §. 5. *h.* 15. *de interdict. & releg. Bach. V.* 1. *D.* 27. *th.* 2. *l. a.* & mulieres; modo hæ non intercedant, 7. *ad SCt. Vellej.* (*vid. tit. de procur. C. & S.*) nec virile officium ſuſcipiant. 2. *de R. I.* mandatarii extrajudiciales, 8. §. 3. *h. c.* 1. *inf. c. f. de procurat. in* 6. niſi dominus hoc prohibuerit, *Salic. ad l.* 8. *n.* 3. *C. de procur.* vel negotii commiſſi natura ſingularem mandatarii induſtriam requirat: *arg. l. un.* §. 9. *ỷ. ſin verò. C. de cadue. toll.* 31. *de ſolut. c.* 12. *de offic. & poteſt. delegat. in* 6. *Honded. vol.* 1. *conſult.* 55. *n.* 79. *&* 80. quod factum eſſe cenſetur, in omnibus magni momenti negotiis, *arg. c. f. de procur. in* 6. *Tholoſan. Syntagm. jur. univerſ. l.* 49. *c.* 4. *n.* 6. *vid. Salic. ad* 8. §. 3. *h. & ad l.* 8. *n.* 3. *C. de procur.* ubi explicat *l. p.* §. 2. *ff. de diverſ. temp. præſcript.* Mandatarius ad litem, niſi factus ſit litis dominus, aut dominus actionis ſubſtituendi poteſtatem conceſſerit, alium ſubſtituere nequit. 8. §. 3. *h.* 8. 11. *&* 3. *C. de procur. c.* 1. *ỷ. licet. de procur. in* 6.

Ob-